



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Quæstio secunda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Quæstio secunda.

non plus fecit, sed hoc quod habuit, fecit. Est igitur
hæc Domini sententia & ad Mariæ opus commen-
dandum, & ad discipulos confutandum non imperti-
nens, sed opportuna. Hæc de prima quæstione.

Circa secundam quæstionem de verbis domini ad
discipulos tempore passionis imminentis (Quan-
do misi vos sine sacculo & pera nunquid aliquid vo-
bis defuit? Dicunt ei, Nihil. Ait illis, Sed nunc qui ha-
bet saccum, tollat similiter & peram, & qui non
habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium.
oportet enim impleri de me: Et cum sceleratis repu-
tatus est) quæstione non spernenda consurgit, quo
pacto hæc verificantur ad literam: quandoquidem
oportet ea ad literam verificare: quoniam & Domi-
nus ad literam loquitur de sacculo & pera, ut patet:
ergo & de gladio: & discipulis de gladio ad literam
intelligentibus & respondéntibus, Ecce duo gladii hic;
annuit Dominus dicens, Satis est.

Literalem igitur sensum intuendo, admiramus
hanc Domini doctrinam. Primum, quia videtur in-
struxisse discipulos ut suinerent arma defensiva pro
sui defensione in imminente sibi persecutione Iudeo-
rum: dum vendendam etiam tunicam pro emendo
gladio consuluit, & passionem propriam proportione
assignat: quia ipse ut iniquus tractandus est, sicut &
fuit tanquam latro quæscitus & captus, & demum
cum latronib. crucifixus.

Deinde quia videtur docuisse discipulos, ut tempo-
re persecutionis arma similiter caperent defensiva.
hoc enim sequitur ex exemplo sui. Si enim contra
persecutionem ipsius capitum sumenda sunt arma, con-
sequens est, ut contra persecutionem membrorum
armati progrediamur. Exemplum inquit, meum dedi
vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos facatis.
Neurrum autem horum bene sonat, sed Christiano-

Tentaculi primi

Hum pias aures offendit: & utrumque à gestis Christi & sanctorum in suis persecutionibus dissontat: ut patet. Videlicet denique doctrina hæc reuocare præcepta prius ab ipsomet discipulis data: scilicet, Si quis percusserit te in unam maxillam, præbe illi alteram, & similia. Et confirmatur: quia sicut mutauit hic Dominus præceptum de non portandis sacculo & pera, olim prohibendo, nunc concedendo: ita consequuntur dicendum, quod mutauit præcepta olim data de omittenda defensione armata, concedendo discipulis, ut si contra eos consurgerent homines, resisterent armata manu, constat autem hoc prædictoribus Euangelicis, quales erant Apostoli quibus loquebatur Dominus, non conuenire: quamvis imperfectioris virtutis Christianis licitum sit.

Ad hanc questionem respondendo, dicitur quod hæc Domini verba ad literam non dirigebantur ad defendendum Dominum Iesum in imminente sibi persecutione: nec discipuli intellexerunt sumenda sibi fore arma pro defensione Christi. Manifesto utrumque: & primo eo quod simul eandem protulit sententiam de rebus tribus: scilicet sacculo, in quo portantur pecuniae: & pera, in qua portantur victuaria: & gladio, quo protegimur ab inuasoribus. Constat autem quod ad perfectionem illa non erat opus sacculo, neque pera: cum ipse non essent persecutionem passi, sed seruandi ab ipso Domino erant solo verbo. Si ergo me queritis, finite hos abire, & ipse dixerat: Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam: ut Ioannes testatur. Sicut igitur non dicebat ut tunc sumerent sacculum & peram, ita nec dicebat, ut sumerent tunc gladios. Secundò ex eo quod dicentibus discipulis, Ecce duo gladii hic: respondit, Satis est. Si enim intendisset quod nunc sumerent arma, non dixisset satis esse ad defensionem sui. Constat namque

Quæstio secunda.

que non satis esse quod duos habere gladios dixerint,
ad defensiuè armandum viros vndeциm contra co-
hortem Pilati, & ministros Iudæorum cum gladiis
& fustibus, & similiter constat non satis esse necessi-
tati tantæ, vt vendenda esset tunica ad emendum gla-
dium, habere duos gladios inter tot personas, si pro-
pter imminentem tunc persecutionem debuissent tunc
singuli non habentes gladium, vendere tunicam, vt
emerent gladium. Quia igitur dixit satis esse, mostra-
uit se nō requirere gladios defensiosi sui contra per-
secutionem imminentem. Tertiò ex eo quod Petrus
qui non expectata Domini responione gladium pro
magistri defensione eduxit, compescuit: Conuerte,
inquit, gladium tuum in vaginam. Si enim intendis
set instruere, vt pro eo gladio pugnarent, non retra-
xisset discipulum gladio pugnantem. Clarissimè quo-
que hoc idem patere potest ex voluntaria passione
(vnde tunc etiam dixit, An non possum rogare pa-
trem meum, & exhibebit mihi modò plisquam duo-
decim legiones Angelorum?) & mille locis scripturæ.
Sed hæc sint allata ex illo proprio loco in illa mate-
ria, & in illa sententia. Secundum autem (scilicet quod
discipuli non intellexerint de gladio sumendo pro
defensione Christi) habetur ex eo quod venientibus
satellitibus ad capiendum Christum, discipuli viden-
tes quod futurum erat, interrogauerunt Dominum,
si percutimus in gladio? Si enim intellexissent instru-
ctos se fuisse, vt gladio pugnarent pro defensione
Christi, non dubitassent, non petissent, Domine si
percutimus in gladio? Non igitur intellexerunt Do-
mini verba Apostoli ad hunc sensum vt pugnatur i
gladio essent pro defensione Christi. Ad quid autem
prædixerint, Ecce duo gladii hic, post dicetur: sicut
etiam manifestabitur cur Dominus meminerit perse-
cutionis sue, nō loquēs de sui defensione. Quia igitur
dominica

is Christi
hat: vt pa-
re præce-
, Si quis
alteram,
utauit hic
acculo &
ita conse-
pta olim
cedendo
mines, re-
prædica-
quibus lo-
nis imper-
itur quod
gebantur
uiente si-
sumenda
nifesto v-
n protulit
o, in quo
ur victua-
bus. Con-
erat opus
ersecutio-
erant solo-
re, & ipse
eis quen-
n dicebat
c dicebat,
od dicen-
ndit, Satis
ent arma,
stat nan-
gue

Ientaculi primi

dominica hæc verba ad ipsius domini defensionem
non dirigi manifestum ex litera est, consequens est,
vt ex ipso Euangelii textu literalis sensus sumatur;
Prænota ergo in hac litera quatuor. Primum est di-
uersitas temporis præteriti & præsentis, denotata per
ly quando, & ly sed nunc. ait enim Saluator, quando
misi vos: & subdit, sed nunc. Sectundum est officium
prædicationis, de quo fit mentio secundum præteri-
tum tēpus: & nulla fit de eo mentio in præsenti tem-
pore: ait enim Saluator: Quando misi vos, proculdu-
bio ad prædicandum: vt patet in Euangelii hist. Mat.
Ioan. & Mar. vi. Et cùm dicit, sed nunc qui habet sac-
culum, nihil dicit de missione ad prædicandum. Ter-
cium est pro ratione huius doctrinæ assignari, quod
ipse Dominus cum iniquis deputandus tunc erat.

Quartum, est modus dicendi: quia scilicet non
dirigitur nouus sermo ad Apostolos in secunda per-
sona, vt olim dixerat, non enim dicit, sed nunc tollit
sacculum & peram, & emite gladios: vt olim dixerat,
nihil tuleritis in via, non sacculum, &c. sed ad tertiam
personam conuertendo sermonem dicit: sed nunc
qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui
non habet, vendat tunicam, & erat gladium. Ex his
habentur primò duo tempora scilicet prædicationis,
& persecutionis, non cuiuscunq;, sed illius qua Christi
discipuli cū iniquis reputandi essent. Ad designan-
dum siquidem talis persecutionis tempus proposuit
talem personam in persona sua: propter quod non
meminist crucis aut mortis, sed deputationis cum in-
iquis. Habentur secundò duo genera Christianorum
scilicet prædicatorum in Apostolis, & aliorum minus
perfectorum in tertia persona significatorum. Inten-
dit igitur ad literam Dominus docere, quod manda-
ta data olim de non vobendo sacculum & peram, ad
tempus prædicationis spectant: tempore autem per-
secutio-

Quæstio secunda.

secutionis, & præcipue quando reputabuntur ut ini-
qui, licitum erit cuicunque volenti munire se & sa-
culo & pera, & gladio defensuo. Et diuerſitatis ratio-
in promptu est: quia cum licitum eſt ad prædicā-
dum ire, prædicationis que officio incumbere, & inue-
nienter necessaria, retribuentibus auditoribus tem-
poralia pro spiritualibus: & ſicut de necessariis, ita nec
de vita debetis eſſe ſolliciti tempore vero quo Chri-
ſtiani v: iniuii repurabuntur, non inuenientur qui
retribuant pro spiritualibus temporalia: & ſicut de
pecunia & vietū licitum eſt curam habere, ita etiam
de vitæ conſeruatione: quæ per gladium aduersus in-
uafores conſeruare quandoque potest. Eſt ergo fer-
mo dominicus de tempore perfecutionis indetermina-
tate: & ſimiliter de diſcipulis indeterminatæ: ita quod
illud aduerbiuia temporis nunc, non demonſtrat de-
terminatè illud tempus paſſionis Christi, ſed indeter-
minatè tempus perfecutionis, præcipue quando re-
putabuntur iniuii, & ſimiliter illud relatiuum qui,
non refert determinatè Apoſtolos, ſed indetermina-
tè Christianum: & docet quod temporis perfecutionis
licitum eſt curam vitæ, vietus & pecunia eſſe oppor-
tunæ ſuis diſcipulis habere. Et bene nota quam opti-
mè repondeant noua hæc Christi documenta pri-
oriſ. Etenim ſicut documenta priora (ſcilicet nihil tu-
lentis in via) non ſunt mandata, ſed libertates edendi
& bibendi, quæ apud auditores verba Dei ſunt: ita do-
cumenta hæc noſ ſunt mandata, ſed libertates cura ge-
tendi vitæ & opportunorū. Docuit enim pius magi-
ſter licita ambo eſſe: consuluit autem ut facerent ſicut
ipſum videbāt facere. Et Apoſtoli quidē ac sancti per-
fectionis vitæ imitati ſunt gesta Domini: imperfectio-
res autem vtuntur libertate ſibi à Domino declarata.

A D obiecta autem quantum oportet responden-
do, dicitur quod Dominus deputationem suam

S. 123.

Ientaculi primi

cum inquis, pro ratione attulit duorum. Primo temporis persecutionis, & non suae defensionis. Ac si aperire diceret, Ex quo ego cum inquis deputabor, tempus erit ut & mea membra cum inquis deputentur. Secundo necessitatis: quasi dicat, Tempus erit quo indigebitis his auxiliis: quia ego ipse relinquar deputatus cum inquis. Si enim ego destitutus ero, ita ut cum inquis deputer ad mortem: mei quoque discipuli deserentur similiter, & ideo concedo volentibus recurrere ad huiusmodi humana adminicula ut possit illis. Apostoli autem tanquam non planè penetrantes verba Domini (quoniam adhuc non erat eis apertus sensus, ut intelligeret scripturas, & par ratio ne verba dominica) dixerunt: Ecce duo gladii hic, tanquam aliquid pertinens ad propositum sermonem de necessitate gladii: cum tamen impertinens esset responsio ad intentionem Christi. Vnde & Dominus non respondit, Tollite illos gladios vobiscum: quos non secum, sed ibi esse dixerant: nec respondit. Satis sunt: scilicet duo gladii, sed impersonaliter dixit, Satis est, & doctrinæ huic meæ & sollicitudini vestre: acsi iuxta usitatum loquendi morem diceret: Sufficit hæc locutio: deponite hanc sollicitudinem. Et verè sic erat agendum: quoniam verba dominica dicebantur ad hoc ut post passionem Domini imperfectiores: & in casu quando expediret, etiam perfectiores libertate hac uterentur. Clarissime itaque patet quod non est Dominus hortatus discipulos ad sumendum gladios pro ipsius domini offensione. Sed quod nec consuluerit discipulis suis ut sumerent defensiva arma contra suos inuasores, patet ex dictis: quoniam aliud est consilium dare, aliud est docere quid licet facere posset. Consuluit siquidem ipse discipulis facto sui exempli ut arma non sumerent defensiva: tum retrahendo Petrum à percussione, tum aperiendo quod plusquam

Quæstio tertia.

plusquam duodecim legiones angelorum haberet in
promptu, si vellet illis vii, tum voluntariè patiente se
tanquam latronem capi, & cum iniquis deputari ad
mortem usque crucis. Et hoc imitandum intellexe-
runt Apostoli iuxta illud Petri: Christus passus est
pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequami-
ni vestigia eius. Docuit vero dictis verbis licere &
imperfectionibus, adminiculis se humanis tempore
persecutionis fulcire, non solum sacculi & peræ, sed
gladii defensiui: & perfectioribus in casu quo expedi-
ret ad humana configere subsidia. Hac nanque do-
ctrina fretus Apostolus Paulus, ad adminiculum hu-
manæ appellationis ad Cæsarem confugit, quando
hoc expedire iudicauit. Et rursus à parata contra ip-
sius vitam conspiratione Iudaeorum, tribuni ope se
eripi procurauit: quia similiter casus erat in quo ex-
pediebat sic suam corporalem vitam adiuuare, nihil
ergo dissonans sanctorum gestis docuit Dominus
noster: sed id quod in casu etiam à perfectioribus fieri
inculpabiliter posset dignatus est per seipsum mani-
festare. Patet quoque ex dictis non esse priora Do-
mini præcepta per hanc doctrinam reuocata: sed de-
claratum est quod prisca illa de voluntariæ patienti-
æ operibus, non sic sunt intelligenda, quin pro loco
& tempore liceat Christi discipulis moderata requi-
tere humana adminicula. Ex hac nanque doctrina
Domini, iuncta priori, didicimus consideranda esse
loca, tempora, ac occurrentia: & quando expedit præ-
bere percutienti alteram maxillam, & quando expe-
dit tueri ac adiuuare nosipso. Nec est verum quod
reuocata sint hinc documenta priora de non por-
tantis sacculo & pera: sed documentis illis adiun-
cta sunt alia concernentia aliam temporis disposi-
tionem: ita quod haec iuncta illis docent nos quod
quando expedit, sine sacculo & pera: & quando
expedit,

Ientaculi primi

expedit, cum sacculo & pera procedamus: & quod illud præcipue tempore prædicationis seruandum intelligamus, hoc autem tempore necessitatis. Et has de secunda quæstione.

Circa tertiam quæstionem de responsionibus Domini nostri Iesu Christi coram quatuor iudicibus, occurrit primò duplex admiratio coram Anna.

Altera est de ista response, Quid me interrogas? nam apparet & superflua & non decens personam illam tunc superflua quidem: quia interroganti Pontifici Iesum de doctrina & de discipulis eius, sufficiebat dixisse doctrinam suam esse publicam: & propterea examinandos esse publicos testes qui audierat docentem: & non oportebat apponere. Quid me interrogas? Indecens autem: quia Dominus Iustitiae gerebat ut subditum. Non est autem subditi arguere iudicem, præsertim de defectu tam parvo, scilicet quod non debebat ipsum interrogare de doctrina tam publica. Et hæc indecentia tanta visa tunc est, ut propterea unus ministrorum percusserit Domini maxillam, dicens: Sic respondes Pontifici?

Altera est de ista response data percussori: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene,

cur me cædis.

Videtur dominus non seruasse consilium quod discipulis dederat. Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei alteram: nam solum nanque non præbuit alteram, sed contra percutientem argumento rationis insurrexit: debebat enim ipse seruare quod seruari ab aliis voluit. Occurrit secundò admiratio similis coram Caipha: pro quanto adiuratus Dominus, ut diceret si ipse esset Messias: non solum respondit se esse Christum, sed adiunxit, A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris Dei &c. Apparet siquidem superflua hæc appositio. Nam si opportuna fuit,

245